



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Natales Sanctorvm Belgii, & eorundem Chronica
Recapitvatio**

Molanus, Johannes

Dvaci, 1616

Die, si placet, trigesima prima Iulij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9477

ca sanctæ Monegundis. Quæ an ex coniecturis, an ex certa cognitione habeant, non affirmo. Scibit, scio, inter *Metaphra.*
Græcos Metaphrastes Simon, beatum Nazarium Galliæ *19. Iulij.*
ecclesiæ obiisse; & Romana ecclesia attestatur eum cum *Rem. Bress.*
beato Ccello in mare deiectum esse Treuiris, unde mirabiliter evaserunt. Quare absurdem non est sanctum Nazarium Hannonijs prædicasse Christum. Sed cum Cimelia olim vrbis fuerit apud Niciam Galliæ, nec constet Chimacum (quod cum aspiratione Gallicè & Latinè scribi solet) eo nomine nuncupatum fuisse, quæ de beato Ccelo Chimacensi narrantur, ea nequenos, neque Chimacenses Canonici agnoscunt, nisi à vulgo iactata, & relatu seniorum auditæ.

Die, si placet, trigesima prima Iulij.

De Gaspare Belga, Apostolo Hormutij.

Ex Emmanuelis Acosta de rebus Indicis commentario, & ex epistolis Indicis.

Romæ obitus beati Ignatij Loiolæ, qui parentis, auctorque fuit Societatis I E S V, quam toto pene terrarum orbe multiplicatam vidit. Hic inter discipulos habuit Gasparem Belgam, Goezè in Zelandia natum, cuius hoc loco meminero, quod diem depositionis ignorem. Hormutium est insula in sinu Persi. *Ex Emma-*
nueli Nea-
poli excuso.
anno 73.
vrbem eiusdem nominis continens, ad quam primus è Societate venit dictus Gaspar, ortus in Belgis, qui hominem mores planè solutos ac perditos magoæ ex parte Galibi. correxit: furta, fœnora, contræctus nefarios sustulit, ita multos, ut ex fraudata pecunia nummi aurei plus vicies mille in publicum redæxi, mulierculis è cœso flagitiorum extrahendis, opportuno subsidio fuerint: Singulis hebdomadibus bis seruè concionabatur: cum Iudeis, Mauris, ethnicisque, de religione disserebat: quæstiones de officijs, quos casus conscientiæ appellant, publicè explicabat. Catechismum pueris Maurisque vicatim exponebat, discordias tollebat: valetudinarios inuisiebat: ægrotis sedulò ministrabat: confessionibus audiendis dissentus erat: res difficillimas eximio fidei Christianæ tuendæ studio, ardoreque percepit. Barbaros multos in Christi libertatem asseruit. In ijs erat logues seu eremita, cuius ea erat san-

Etitatis fama, ut qua pedes lauisset aquam, rex ipse Hormutij, religionis causa biberet. Sacrificio Missæ adolescentem quendam pene defunctum, à morte reuocauit. Alienata mente mulierem, & à dæmone ob sessam, diui Ioannis Euangelio, corpori ipsius imposito, liberauit.

De eodem Gaspare multa exstant tum in suis, tum in aliorum epistolis Indicis. Nos pauca tantum ex Antonij Quadri litteris ex Goa scriptis subiiciemus. Gasparus Flander, ait, cum priscis etiam sanctis committendus, perpetua laude vel hoc nomine dignus est, quod quadam sancta ac facili conuersatione, & morum suavitate, immensum populum ad Deum pertraxit. Ad hæc laborum eius, quos hic breui quidem, quo vixit tempore, pertulit, tantus est numerus, eaque magnitudo, ut illud Salomonis ei plane competere videatur. Consummatus in breui, explevit tempora multa.
Sapient. 4.

a. De eodem Ioannes Viringus in epist. ad lectorem in diario Medicorum Molani ex Maffæo lib. 14. hist. Indicæ. Estque eius vita nuper edita Antuerpiæ an. 1610. conscripta à R. P. Nicolao Trigaule tribus libris, qui eum scribit obiisse die 18. Octobris 1553.

Prima die AVGVSTI.

De sancto Ionato abate Marcianensi.

Ex monumentis loci.

Marcianis, depositio sancti IONATI abatis. Qui eleuatus est sexto iduum Aprilis, tempore Iudith abbatissæ. Fuit autem discipulus sancti Amandi, & eius auctoritate primus abbas Marcianis, omni virtutum decore adornatus, exemplis & orationibus multos ad Christum adducens. Post cuius administrationem fuit is locus annis plus minus trecentis triginta tribus virginum monasterium quibus prima præfuit sanctissima Rictrudis. Est autem Marciana vel Marcena locus